


De Letalitate Vvlnervm Septi Transversi Qvaestiones Medico-Forenses

Traiecti Ad Viadrvm: E Typographeo Apitziano, [1794]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn883594714>

Druck Freier  Zugang





71-48

Al. 820.

~~J.d. 3328.~~

DE
LETALITATE VVLNERVM
SEPTI TRANSVERSI
QVAESTIONES MEDICO-FORENSES,


QVAS
PRAESIDE
CAR. AVG. GVILIELM. BERENDS,
PHILOS. ET MEDIC. DOCT. MED. CLINIC.
PROFESSOR. PVBLIC. ORDINAR. CIVITAT.
FRANCOFVRTENS. ET CIRCVL. LEBVSIENS.
PHYSICO REGIO, NOSOCOM. CIVIC. THIE-
LENIAN. MEDIC. ORD. SOCIETAT. REG.
SCIENTIAR. ET ARTIVM FRANCOFVR-
TENS. SODALE, ORD. MED. H. A.
DECANO,

DOCTORIS MEDICI HONORES
LEGITIME PROMERITVRVS
A. D. VIII. IVL. CIOCCXCIV.
PVBLICE DISCEPTABIT
IOANN. SAMVEL FRIDERICVS ROESEKE,
TREPTOA - POMERANVS.

TRAIECTI AD VIADRVM
E TYPOGRAPHEO APITZIANO.

Me - 820.

~~*7.d - 3328.*~~



V I R O

SVMME REVERENDO, GENEROSISSIMO

ET ILLVSTRISSIMO

THOM. PHILIPPO V. D. HAGEN,

IN VTROQVE SVPREMO SENATV,
QVEM VNIVERSAE REI, TAM ECCLE-
SIASTICAE, QVAM SCHOLASTICAE
REX AVGVSTISSIMVS PRAESSE IVS-
SIT PRAESIDI, COLLEGII MEDICI
SVPREMI ITIDEMQVE COLLEG. ME-
DICO - CHIRVURGICI PRAESIDI PRIN-
CIPi, CANONICORVM COLLEGIO
BRANDENBVRGENSI ET SOCIETATI
NATVR. SCRVTATOR. BEROLINENSI
ADSCRIPTO, DOMINO HAEREDITA-
RIO IN HOHENNAVEN, RHINOW
ETC. ETC.

VIRO
ET NATALIVM SPLENDORE, ET MYNERVM
GRAVITATE INSIGNI
BONARVMQVE LITERARVM VTIC ALLENTISSIMO,
ITA
LITERATORVM HOMINVM
FAVTO RI SINGVLARI

NEC NON,

V I R O
GENEROSISSIMO ET PERILLVSTRE
CHRISTIANO LVDOVICO
DE SCHVLZE,
POTENTISSMO BORVSSORVM REGI
IN
REI AERARIAE, BELLICAE ET RE-
GIOR. FVNDOR. CVRA A CONSILIIS
INTIMIS, REGII COLLEGII MEDICI
SVPREMI GRAVISSIMO DIRE-
CTORI ETC.

VIRO VTRIQVE
DE PATRIA OPTIME MERITO,
ACADEMICVM HVNCCE LIBELLVM
PIENTISSIMA MENTE

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM,
DEVOTISSIMVS CVLTOR

IOANN. SAMVEL FRIDER. ROESEKE.

PROOEMIUM.

Quamvis fortasse vulnerum septi transversi letalitas medicis iam dudum videatur exploratissima: adhuc tamen haud inepte quaeri posse credimus, cum, quo letalitäts gradu cuncta nobilissimi musculi vulnera generatim dimetiri oporteat; tum, quamnam singulis transuerfi septi laesionibus indole et exitu inter se haud parum distinctis letalitäts formam exacte tribui par sit? Vtramque quaestionem pro virium nostrarum modulo hac breui commentatione academica disceptaturi, nec in re prorsus vulgari, nec in infructuosa diligentiam

gentiam nostram collocatum iri arbitramur; siquidem accuratior et penitior huius rei inuestigatio, non potest non forenses medicum ad pronuntiandum de horum vulnerum discrimine aptiorem reddere. Quaecunque vero ad septi transversi fabricam et situm cumque vicinis partibus nexum pertinent, a doctissimis et diligentissimis incisioribus HALLERO, ALBINO et SOEMMERINGIO, qui accuratis descriptionibus non minus, quam egregiis iconibus ad naturae veritatem, quantum eius fieri potuit, expressis septum illud adumbraverunt, lectorem petere iubemus.

SECTIO

SECTIO PRIOR.
DE GRADU LETALITATIS VULNERVM
SEPTI TRANSVERSI.

§. I.

*De distinctionibus letalitatıs vulnerum
generatim.*

Multifarias inter distinctiones, quibus
sane non hodie primum *) diuerfos vulne-
rum letalitatıs fines describere conati sunt
medici, vulgarem illam, qua in absolute
letalia, simpliciter letalia et ex accidentē
leta-

*) *Fortunat. Fidelis* de relation. medicor. L. IV.
c. 2. p. 526. Studio *Ammanni*, Lips. 1674.

letalium vulnera dispescuntur, nobis adeo nondum fordere ingenue profiteamur, ut potius hanc et ad fori usum vnice accommodatam, et vulneris ceu morbi externi naturae maxime conuenientem ceteris omnibus longe anteposendam esse, cum eximiis viris *) prorsus credamus. Auctorem habet haec diuisio BOERHAAVIUM **) ipsum, qui diuino mentis acumine, quod ad omnes
difici-

*) V. G. PYLIO, LODERO, BVCHHOLTZ METZGERO, viris celeberrimis. Vid. *kurz gefasstes System der gerichtl. A. W. von I. I. METZGER* 1793. p. 62 sequ. Quem librum propter praestantiam suam nuperrime latinitate donauit IOANN. BERNARD. KEVP vir eruditissimus, eumque inscripsit I. D. METZGERI Syf. na medic. forens. succinct. Stendal 1792.

**) Aphor. de cognosc. et curand. morb. ap. 170 seqq.

disciplinas medicas afferebat, a HIPPOCRATIS et GALENI doctrina orsus, doctae antiquitatis super vulnerum letalitate dogmata et confirmavit, et emendavit. Quam accepta haec letalitatis partitio iudici esse debeat, de poena percussoris pronuntiatio, medici optime norunt, qui officii causa artem suam iure consultis commodare tenentur et probe sciunt, minime opinionum etsi longe ingeniosissimarum commenta, sed quod certum est et exploratum in arte medica, vel saltem ad veritatis speciem proxime accedit, votis illorum vnicuique respondere. Praeterea, quum mors ex vulnere tanquam e morbo extrinsecus illato sequitur, idem causarum ordo et nexus, quem in omnibus morbis rimantur medici, quoties de felici, vel funesto eorum exitu statuunt, in definienda vulneris securitate

ritate

nitate, vel letalitate locum quoque habere debet. Itaque si in ipso vulnere infecutae mortis proxima caussa continetur, vulnus absolute letale merito dicimus; si vero remotior tantum mortis caussa in vulnere invenitur, vt hoc non proxime, sed interueniente alia quadam corporis humani affectione e laesione oriunda quidem, sed salutaris artis praefidiis aut cauenda, aut eleuanda, hominem necesse existimandum sit, simpliciter letale illud vulnus pronunciamus; si denique mortis post laesionem aliquam fecutae, in illa caussarum serie, quae in vulnerato aegritudinem a laesione profectam et mortem intercessit, laesio ipsa remotissimae tantum caussae vim habet, ex accidente hominem periisse recte concludimus. Haec medicis inprimis luculenter patent, probe gnaris, proximam caussam vim verae caussae

causae physicae vnice habere, dum sola remota ne aegritudinem quidem, nedum mortem homini inferre potest; ideoque, nisi violentia illata mortis proximam causam attulerit percussor, nullo modo hominem etsi breuiori, vel longiori temporis intervallo post perpeffam illam iniuriam fati functum, occidisse itre dicendus est. Quae quidem de definitione et diuisione letalitat^{is} vulnerum generatim praemonuisse vel ideo maxime iuuerit, vt quid a nobis super fepti transfuerfi laesionum discrimine quae- rendum sit, examussum cognosci queat. Pa- tet nempe, dispiciendum esse, quamnam letalitat^{is} formam diuersis vitalis illius mu- sculi vulneribus tribuerimus; vtrum ean- dem omnibus, an aliis aliam?

§

*Doctrina veterum de letalitate vulnerum
diaphragmatis.*

Ecquis ignorat? septi transfuerſi vulnera iam inter letalia retuliſſe *) HIPPOCRATEM. Ne vero dubitemus, quin abſolutam letalitem COVS intellexerit, auctoritatem ſuam interponit GAIENVS **), qui poſtquam ſaſſus eſt, letale ab HIPPOCRATE dici et de iis, qui ex neceſſitate, et de iis, qui magna ex parte morituri eſſent, ex illa voce ***), qua HIPPOCRATES ad deſignanda

*) Aph. L. VI. 18.

***) Comment. in Aph. cit.

****) Cf. *Annot. Foeſii Oeconom.* HIPPOCRAT. Francofurt. 1588. et IOAN. GORRAEI *Definit. medic.* Francofurt. 1601. *voc. Διακοπή.*

gnanda viscerum letalia vulnera vsus est,
 altius diuisas et profundas horum viscerum
 laesiones absolute letales habuisse medico-
 rum principem demonstrat. Ad quam
 verbi vim si attendisset C. CELSVS, *)
 neutiquam septi transfuerſi vulnera iis inferu-
 iſſet, quae difficilem tantum curationem
 haberent. At enim uero GALENVS ſolum-
 modo neruoſae diaphragmatis parti grauiter
 vulneratae illimitatam letalitatē tribuit,
 diſertisque verbis profitetur: „transfuerſi
 „ſepti vulnera, quae foras non perueniunt,
 „in carnoſis quidem partibus ſubinde coa-
 „leſcere viſa eſſe, eius motu non obſtante;
 „quae autem in neruoſis eius haereant, in-
 „ſanabilia eſſe; difficilem tamen grauemque
 „eſſe

*) L. V, c. 26. p. 283. edit. Amelouen.

„esse curationem etiam eorum, quae in
 „carnosis essent partibus, si has iam phle-
 „gmona occupauerit *).“ En memorabilis
 locus! qui quam egregie rem definit prope
 omnem, infra videbimus. Itaque distin-
 ctionis illius, quae laesa diaphragmatis carne
 spem curationis relinquit et vsque ad nostra
 tempora in medicorum scholis fere obtinet,
 primus auctor CALENVS fuisse videtur.

§. III.

*Medicorum posterioris aevi super discriminè
 vulnerum diaphragmatis sententiae.*

Sicuti a Pergameni auctoritate per plura
 secula ne latum quidem vnguem deflexe-
 runt medici: ita huic quoque eius iudicio
 de

* Method. medend. L. V. c. 9. p. 32. Cl. VI.
 Vener. 1562.

de summa letalitate tendinis diaphragmatis
 laesi plane assensu sunt; quod vel ex binis
 illis *) scriptoribus satis patere potest, qui
 primi forensis medicinae aliquod systema
 conscribere periculum fecerunt. Certe GA-
 LENEI distinctioni ita adhaeserunt prope
 omnes infecutorum temporum medici, ut,
 quod in illa aetate fieri fere solebat, ex-
 scripsisse potius egregium scriptorem videan-
 tur, quam ipsi iudicium suum interposuisse;
 cuius asserti veritatem nemo temere negaue-
 rit, qui optimorum etiam scriptorum volu-
 mina euoluet; quos inter breuitatis causa

IACOB.

*) FORTVNAT. FIDELIS de relat. medicor. L.
 IV. c. 3. p. 537. edit. P. AMMANNI, Lips. 1614.
 PAUL. ZACCHIAE Quaest. Med. Legal. L. V. T.
 II. Qu. 2. p. 126. ed. G. FRANC. Francof. 1688.

B

IACOB. HOLLERIVM *), PETR. FORE-
STVM **) et MICHAEL. ALBERTI ***)
excitasse sufficiat.

§. IV.

*De iis medicis, qui dubia contra GALENI
distinctionem mouerunt.*

Interim minime dissimulari fas est, re-
centioribus temporibus neutiquam defuisse,
qui distinctionem illam, qua maior asseritur
vulneribus tendinis diaphragmatis letalitas,
deferendam esse existimarent et carnosae il-
lius

*) Comment. VII. in aphor. HIPPOCR. Genev.
1646. p. 343 sequ. et schol. LIEBAVTII
p. 346.

**) Obseruat. et curat. chirurg. L. VI. obs. III. in
schol. p. 15. 1590.

***) System. Iurisprud. med. Hal. 1725.
P. 330.

lius musculi partis grauiores laesiones aequae mortiferas pronunciarent. Etenim, postquam DANIEL SENNERTVS *) affirmauerat et luculento exemplo demonstraerat, laesionem transfueri septi tendinis mortem non semper ilico sequi, sed post plures demum menses obiisse vulneratum, pariter ac nonnunquam perfossa musculi carne accidere solet: IOANNES BOHNIVS **) vir acris iudicii, qui naturae voce doceri et scholae auctoritatem spernere solitus erat, maiora, vel multiplicata carnis diaphragmatis vulnera aequae letalia esse, ac si pars musculi tendinea ictum sustinuerit, disertis verbis et aptissimis rationibus docuit.

B 2

§. V.

*) Practic. Medic. L. V. P. IV. C. 3. p. 366.

**) De renunciat. vulner. p. 272 seqq, Lips. 1755.

§. V.

Quid recentissimi scriptores de letalitate vulnerum diaphragmatis iudicauerint?

Quisne igitur miretur, recentioris aevi scriptores IOANNEM ERNEST. HEBENSTREIT *) et CHRIST. GOTTL. LUDWIG **) veteris illius distinctionis adeo tenaces fuisse, ut pro norma eam ponerent, ad quam de vulnerum horum discrimine iudicium omnino dirigendum sit! Tandem HALLERVS iis periculis confusus, quibus et ipse, et doctissimi eius discipuli tendines insensiles esse docuerant, illi opinioni de maiore letalitate vulnerum nervosae partis transuersi septi nuntium misit. Praeterea
non

*) Anthropol. forens. p. 496. seqq. Lips. 1753.

**) Institut. med. forens. curante E. H. BOSE §. 312. p. 121. Lips. 1774.

non in hoc solum a doctrina veterum recessit, sed etiam diaphragmatis vulnera letalia esse, vniuerse negauit eaque et saepius, et facile coalescere docuit; quinimo ferotinam mortem, qua tandem perire eos, quibus septum transuersum grauiter vulneratum fuerit, diffiteri non potuit, et laesa et impedita respiratione deducere maluit, quam accepto olim vulnere tribuere. Enimuero nemo non videt, manes hic suos passum esse immortalem virum; namque, si haec argumentatio valeret, quidni eum, cui ductus thoracicus abscissus fuerit, fame potius consumtum periisse, quam e vulnere diem obiisse pronunciaremus? Nemo autem, quantum scimus, in HALLERI partes ire ausus est. Contra nuperrime illustris METZGERVS *)

omnia

*) Libr. cit. §. 137. p. 129.

omnia diaphragmatis vulnera summe periculosa esse declarauit; cum propter inflammationem nulla arte arcendam et compefcendam, eorum pedissequam, nec non vehementissimos neruorum cruciatus e laesa musculi carne, aequae ac e tendinis eius vulnere pertimescendos; tum propter viscerum imi ventris in medium transitum, cui diuisum tranfuerfum septum longiore etiam post acceptum vulnus temporis interuallo, viam et aditum parare solet.

§. VI.

De inflammatione diaphragmatis, vulnerationis eius pedissequa.

Vt ne vero de summo vitae discrimine omnium septi tranfuerfi laesionum comite, villo modo dubitemus, e re vtique erit, cuncta illa mala sigillatim recensere, quae
vita-

vitalis huius musculi fauciationes insequi
 compertum est. In his eius inflammatio-
 nem, quam sine laesione extrinsecus allata
 raro videre medicis contingit; vel, quod eius
 signa obscura sunt et a ceterarum pectoris
 inflammationum indiciis non satis distincta;
 vel, quoniam ille musculus primariam phlo-
 gosin non facile concipit, primo loco dice-
 mus. Quotiescunque vero septum transuer-
 sum inflammatio occupat, praeter acutissi-
 mae febris ominosa symptomata, respiratio
 horrendum in modum laeditur, ita, vt
 parua et frequens, inaequalis, anhelans,
 dolentissima, laboriosa, luctuosa et suffo-
 catiua, praecordiis sursum *) et introrsum
 contractis hypochondriis immoto fere abdo-
 mine

*) C. CELSVS L. V, c. 26. p. 288 edit. cit.

mine *) inter summas anxietates peragatur. Morbus hic inter exquisite acutos referendus, dummodo aliquantulum increfcit, nulla arte vincitur; fortassis, quod fingularem plane genium habet, medicis nondum satis cognitum atque perspectum,

Vide! quibus armis contra eum incassum pugnauit, HUXHAMVS **); neque PRAESIDI olim ***) feliciori esse contigit, quum

*) IOAN. BAPTIST. BURSER, de KANILFELD institut. medic. practic. Vol. IV. P. I. p. 152. Lips. 1790. IOAN. PETR. FRANK de curand. homin. morb. epitom. L. II. p. 180. Manhem. 1792.

***) Opp. physic. medic. T. I. p. 302. curante G. CH. REICHEL. Lips. 1764.

****) Historiam letalis vulneris e relatione PRAESIDIS ad iudicium enarrauit celeberrimus PYL in *Aufsätzen und Beobachtungen aus der gerichtl.* A. W.

quum optimis quibusuis praefidiis dispellere
tentaret diaphragmitidem intra paucas horas
a minuscuro, sed penetrante tranfuerfi fepti
vulnere natam.

§. VII.

De spafmo diaphragmitidis socio.

Deferuerunt medici iam post *) BREND-
DELI monitum ad designandam diaphra-
gmatis inflammationem paraphrenitidis no-
men, egregii MORGAGNII **) obserua-
tione

*A. W. VII. Saml. p. 145, Berlin 1791. Cf. C.
F. KLEIN Annal. B. VIII. p. 107.*

*) IOAN. GODOFRED. BRENDELII prae-
lect. acad. de cognosc. et curand. morb. Tom.
II. c. 5. §. II. p. 199. edit. cl. LINDEMANN,
Lips. 1792.

**) De sed. et causf. morb. epist. VII. §. 14. P.
101. edit. TISSOTI Ebrodun. Helvet. 1779.

tione imprimis edocti, nec infaniam cum risu, nec omnino neruorum distentiones indiuidua esse inflammati septi transuersi symptomata. Interim *) neque vetustae obseruationi, cuius C. PLINIVS **) meminuit, dum in proeliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta praecordia attulisse refert, fidem omnino denegandam esse; neque eum risum propterea, quia non in cunctis vulneribus diaphragmatis occurrat; neque delirium, licet non omnes diaphragmatis

*) Tychonem HIPPOCRATICA monumenta memorant, pectore circa transuersum septum vulneratum, cui mox risus adfuit tumultuosus et qui sub tertiae diei exortum couulsus periit. Epidem. L. V. 94. L. VII. 131. p. 224. 388. edit. ANVT. FOESII T. II. Francofurt. 1595.

**) Histor. Natur. L. XII. c. 37. p. 231. edit DALECAMPII Colon. 1615.

gmatis inflammationes comitetur, commentitia esse vulnerati, siue inflammati septi transfuerſi ſymptomata, idem ille ſummus et doctiſſimus incisor *) monuit. E vulnerato transfuerſi ſepti tendine horum ſpaſmorum vehementiam inprimis oriri, veteres exiſtimarunt; at illas obſeruaciones **) , quibus de eadem noxa neruis laeſione carnis diaphragmatis illata haud adeo raro conſtitit, noſtro exemplo §. praecedente memorato augere omnino poſſumus, dum infelix iuuenis a patre ſubdeliro in carne diaphragmatis cultro vulneratus, vehementer inſaniens, diſtorta primum facie, dein

toto

*) Epiſt. LIII. §. 6. p. 119.

**) BOHNIVS l. c. ALBERTI libr. cit. T. I. caſ. XXV, p. 156 ſeqq.

toto corpore conuulsus, iam secunda post
vulnus inflictum die exspirauit.

§. VIII.

*De viscerum imi ventris per diuisionem septum
in thoracem transitu.*

Tandem in aestimatione letalitat^{is} vul-
nerum diaphragmatis hoc minime praeter-
mittendum est, vrgere in illius septi integre
diuisi et perfossi hiatus infra posita abdomi-
nis viscera relictisque suis sedibus, sursum
rapi et intra thoracis ambitum se recipere.
Quod, quum et in firmatis illis foraminibus
annulisque, quibus natura, vt vasis, ner-
uis et oesophago viae paterent *), huic
septo prospicere voluit, et in aliis eius fissu-

ris

*) S. Tb. Sömmering vom Baue des menschlichen
Körpers, III. Tb. p. 137. seqq.

ris atque hiatibus, qui praeter naturam sunt, ab incognitis quidem vt plurimum, at minus violentis caussis fieri potest *): quanto magis id diaphragmate violenter diuiso, pertimescendum est! Hinc, etiamsi omne discrimen euasisse nonnunquam videatur vulneratus, perit tamen retardata quidem, nec minus certa morte. Perit octauo demum ab accepto vulnere mense vterque, quorum casus SENNERTVS **) memoriae mandauit: alter literarum studiosus VITEBERGENSIS, qui gladio neruosum septi circulum sibi perfoderat autochir; alter

centu-

*) MORGAGNI L. cit. epist. L. IV. §. II. p. 138 seqq. HALLER l. c. p. 448. BONETI sepulchret. L. IV. §. III. §. IV. p. 350 seqq. Genev. 1700.

**) l. c.

centurio, quem referente AMBROS. PAREO, glans e tormento bellico emissa diaphragmatis carnem lacerauerat. In prioris extispicio, totum ventriculum in finistrum thoracis latus adscendisse et cor cum capsula sua de sede natiua in dextrum latus depulisse patuit; in alterius cadauere magnam intestini coli partem multo flatu turgidam per septi vulnus in thoracem irrepfisse con-
spectum est. Post nonnullos demum annos mortuus est literarum cultor itidem VITTEBERGENSIS, cui currus thoracem transcens diaphragma laederat; in hoc ventriculi pylorum cum annexi duodeni intestini aliqua parte per septi transuersi rupturam *) in thoracem peruenisse, cadaueris sectio docuit.

§. IX.

*) HALLER l. c.

§. IX.

De letalitate vulnerum diaphragmatis generatim epicripsis nostra.

Tot tantaque mala, nec facile declinanda, nec omnino depellenda, quum eos manent, quibus septum transfuerfum fauciatur, non pro periculosis solummodo et discrimine plenis haec vulnera habemus, sed cum veterum doctrina (§ II.) plane consentientes, omnes septi transfuerfi laesiones paulo grauiiores, letales generatim vniuersimque sine vlla dubitatione pronunciamus. Etenim vtraique functionem, qua homini viuere datum est, et vehementer turbant, et facile tollunt, simulque cerebrum ac neruos grauiter affligunt.

SECTIO

 SECTIO POSTERIOR.

 DE DIVERSA LETALITATIS FORMA
 VVLNERVM SEPTI TRANSVERSI.

§. X.

De laesionum diaphragmatis diuersitate.

At enimvero minime sufficit, haec sit-
 per letalitate vulnerum diaphragmatis gene-
 ratim quaesiuisse; sed de maiore minoriue
 horum vulnerum discrimine iudicium laturi,
 ad diuersas omnium laesionum formas, qui-
 bus septum transversum petitur, attentum
 animum appellamus, necesse est. Succincte
 igitur diuersos vulnerationis modos dicemus,
 quibus nobilissimum musculus laedi posse,
 hactenus experientia docuit. Sunt autem
 vulnera, quae septum vix attingant et levi-

ter

ter modo ac superficietenus faucient; alia aut carnem, aut tendinem musculi integre diuidunt; punctim alia infliguntur; alia simul diaphragma collidunt, vel sine solutione continuitatis conspicua vehementer conuellunt concutiuntque; alia denique hunc musculum solum, alia vicinas quoque partes vulnerant. Iam de omnibus hisce laesionum formis seorsim videndum est.

§. XI.

De leuiori diaphragmatis vulneratione.

Septi transfuerfi superficialia vulnera, quae illud non integre diuidunt, siue carnem, siue tendinem eius tetigerint, aut per se tantum, aut ex accidente, si quid eius demonstrari poterit, letalia haberi par est; quoties nempe in vulnerati cura ad arcendam et discutiendam inflammationem e

C

lae-

laesione oriundam vel aliquid omissum fuerit, vel omnino vnum ex illis, quae medici inter fortuita referre solent, vulnerato superuenerit. Horum vulnerum superficialium illetalitem, quae ne apud veteres medicos quidem in controuersiam venit, non opus esse videtur, vt multis et curiose conquisitis argumentis operose demonstremus.

§. XII.

De letalitate vulnerum diaphragma integre perfodientium.

At longe alia et multo formidolosior oritur vulneris facies, si transfuersum septum integre diuisum et perfossum fuit. Eiusmodi vulnus, nisi et minutissimum atque vix conspicuum est, et prope a costarum margine haeret, absolute letale sine omni
hae

haesitatione pronunciamus. Praeterquam enim, quod inflammatio vehementior et neruorum grauissima mala celeriter haec profundiora septi transuersi vulnera sequi solent, nullo modo caueri et impediri poterit, quin ex abdominis visceribus aliquod per diaphragmatis illam plagam adscendat, seque cum funesto etiam si serotino euentu in thoracem recipiat.

§. XIII.

Vnde mors frequentior a secto diaphragmatis tendine?

Tametsi grauiores carnei septi laesiones aequae letiferas esse, quam illas, quae musculi huius tendinem fauciant, supra (§. VII) docuimus; obseruatione et rerum usu *)

C 2

nihil-

*) MORGAGNIUS I. c.

nihilominus confitit, haud temere GALE-
 NVM affirmasse, nervosae septi partis vul-
 nera non coalescere. Cuius rei rationes ve-
 teres facile dedisse, tam e summa sensibilitate
 tendinibus adscripta, quam e iugi et effica-
 ciori tendineae partis motu, quo spiritum
 imprimis duci credebant, nemo non noue-
 rit, in veterum lectione vel mediocriter
 versatus. Priori rationi vim aliquam inesse
 hodie negant medici; posteriorem causam
 reiecit iam pridem GERARDVS L. B. v.
 SWIETEN *), fretus sententia PETRI de
 SENAC **), tendineam illam diaphragma-
 tis partem non descendere in inspiratione,
 cui

*) Comment. in BÖERHAAVII aph. T. I. p.
 273, edit. Hildburgsh. 1754.

***) Acad. des sciences l'an 1724. p. 251. seqq.

cui cor pericardio suo inclusum incumbat, immo satis lata superficie adhaereat, cuiusque ideo turbaretur et situs, et motus. Ipse quoque HALLERVS *) carnes musculi magis deprimi, tendinem minus, tum quod innatus pericardio sit, tum quod omnino non contrahatur, consulta natura docuit. Pace summorum virorum dixero, aliam esse virium partium animalium energiam, aliam organorum efficacitatem dum vehementer laborant, ab illa virtute, qua illibata integritate munia sua peragunt, longe distinctam. Ita, dum pacate spiritum ducimus, tendo diaphragmatis parum descendit, qui tamen vehemente **) inspiratione sur-

*) Prim. lin. physiol. §. 263. p. 111. Goetting. 1765.

**) A. v. HALLERS *Anfangsgv. der Physiol.* B.

— fursum adscendere et vehementissima expi-
 ratione deorsum pelli visus est. Quam pul-
 cre haec pericula in vivis animantibus
 capta iis respondent, quae de prae-
 cordiis a vulnere diaphragmatis fursum
 contractis adnotarunt veteres! (§. VI.)
 Quodsi igitur carniū septi communis ille
 tendo perfoditur, carnes musculi prope
 omnes ilico vehementer conuelli et in ab-
 normes maxime motus rapi, credibile uti-
 que est; dum, si vulnus saluo illo tendine,
 modo hanc, illamue carnis partem tetigerit,
 vel etiam perforauerit, illaesa musculi caro
 discissis fibris suppetias ferre et vitalem mo-
 tum pergere potest. Deinde tendine aliquo
 ex parte tantum discisso, et non integre
 refe-

B. III. p. 136 seqq. SOEMMERING I. c.
 p. 147.

refecto, vicinas musculares fibras incitatiore
 contractione grauem violentiam omnino
 pati oportet; vnde, quamuis tendo ipse
 non sentiat, summus dolor oriundus spa-
 smum et conuulsionem facile *) excitabit.
 Denique partem animalem natura et indole
 sua insensibilem, morbo aliquo occupatam
 vehementissimum etiam dolorem concipere,
 vel ipsa illa totius corporis textura cellularis
 exempli loco esse potest. Haec sane, si
 dies porro docebit, funestiora esse tendi-
 neae partis vulnera iis carnosae, declarandae
 certiori illorum vulnere letalitati abunde
 inferuent.

§. XIV.

*) GVIL. GODOFRED. PLOVCQVET com-
 ment. medic. in process. criminal. p. 121. Ar-
 gentorat. 1787.

§. XIV.

*De vulnerum vexatorum septi transfuerfi
noxa.*

Vexata in quacunq[ue] corporis parte, quum caefis vulneribus multo magis dolent, vehementius inflammantur et propter dimiffum e vafis fanguinem admodum tument, fi id in interioribus corporis fedibus continet, quae ftagnantem humorem nec educi, nec difcuti permittunt, magnus vtique metus eft, ne multiplex inde oriatur noxa; cum, ob partis vexatae functionem grauiter laefam; tum, quoniam e fanguine qui circa partem vexatam haeret pus nascitur. Vulnera igitur fepti transfuerfi collifa, cuius indolis ea inprimis funt, quae armis tormentariis inferuntur, plurimum discriminis habent et nifi celeriter iugulant, infanabili phthifi, pure plerumque in abdominis ca-

vum

vum effuso lente hominem tollunt. Praeterea medicum forenses scire maxime expedit, concussionem diaphragmatis momento temporis letalem violentia extrinsecus illata subinde nasci, nullo inspectis visceribus eius rei indicio patente. Concussio, siue iactus rudior praecordia et hypochondria vehementer offendentes, hominem celerime sustulerunt. Quod a FORTVNATO FIDELI *) iam obseruatum, binis egregijs exemplis confirmavit BOHNIVS **): in quorum altero, vir a iactu dimidii lateris hypogastrium dextrum impetente, subito concidens expirauit; alterum pueri est a commilitone globi niualis in epigastrium iactu

*) L. IV. c. 2. p. 593.

**) Libr. cit. p. 19. 275.

iactu prostrati et ilico extincti. In hoc nullum violentiae signum deprehendit medicus; in priori ipse BOHNIVS aliquam tantum contusionem et fugillationem diaphragmatis eo loco inuenit, quo costis nothis contiguum est. Videtur igitur similem ac cerebrum commotionem, nulla sui vestigia in corpore relinquentem, at maioris fere discriminis, adeo vt sanationem nunquam accipiat, septum transfuerunt nonnunquam pati.

§. XV.

De laesionibus diaphragmatis complicatis.

Complicata illa septi transfueri vulnera recte vocauero, quae ad vicina viscera quoque penetrarunt eorumque vel vnum, vel plura simul sauciarunt. Et his absolutam letalitem merito tribuimus, sine vlla qui-

quidem limitatione e viscerum vna laesorum
 dignitate deriuanda, ita, vt minime dubi-
 tauerimus, quin minusculum septi transfuerfi
 vulnus, quod ventriculi fundum simul per-
 foderat, absolute letale pronunciarerimus.
 Quidni enim complicata illa diaphragmatis
 vulnera certam mortem afferrent, quam
 afferunt adeo laesiones multiplicatae in ex-
 terno tantum corporis ambitu? Sane idem
 iudicium de horum vulnere absoluta leta-
 litate iam pridem tulit IOAN. ERNEST.
 HEBENSTREIT *) mortemque euitari
 haud posse affirmavit, si vel oesophagus,
 vel vasa sanguifera maiora, vel nerui maio-
 res et septo proprii, vel hepar, vel lien,
 simul laesa fuerunt. Idem illaetabile fatum

et

*) Libr. cit. p. 497.

et eos certe manet, quibus perfollo diaphragmate vel pulmones, vel ventriculus, vel ex intestinis aliquod fuerunt vulnerata. Neruo phrenico discisso, septum transfuersum a motu suo feriari subito, in scholis suis anatomicis curiosa viuiflectione saepius demonstrauit GALENVS *) eiusque periculorum veritatem omnino confirmauit **) recentior aetas; vnde de absoluta letalitate eiusmodi diaphragmatis vulnerum, quibus in alterutro latere hic neruus praefectus fuit, nullus dubitationi locus relinquitur.

§. XVI.

*) Anatom. administr. L. VIII. c. 8. edit. cit. fol. 107.

**) v. HALLER *Anfangsgr. der Physiol.* B. III. p. 147. seqq.

§. XVI.

*De forma letalitat̄is vulnerum diaphragmatis
fero occidentium.*

Supereſt, vt de ea letalitat̄is forma diſpiciamus, quam ſepti tranſuerſi læſioni tribuerimus, e qua vulneratus primum omnino euafiſſe viſus, poſt plures demum hebdomades menſeſue nihilominus perit. Hac ſerotina morte læſus exſtinguitur, vel e diaphragmatis vlceratione phthiſin et aſciten purulentum afferente, vel e tranſlocatione viſcerum abdominalium in thoracem, organis vitalibus nociuam vim inferente eorumque functionem mirifice turbante tandemque plane ſufflaminante. Quae cuncta, quum ex ipſius vulneris ſepti natura profiſci videntur, et eos propter vulnus neceſſario mori, qui ab accepta læſione longiore quoque temporis interuallo exſpirant, dummodo

modo de illa viscerum abdominalium aberratione secto funere consistit, vix ambigeris! At enimero curiose circumspicis omnibus et accurate singula huiusce rei momenta meditatus, facile inuenies, et casui hic multum deberi, et medico vix vnquam datum esse, vt, in caussarum serie quem locum occupet acceptum olim vulnus, accurate determinet. Etenim primo, ad praecauendas grauiores illas viscerum abdominalium aberrationes, vulnerati regimen, victus tenuissimus, et quies per plures hebdomades religiose obseruata certe plurimum valent; in quorum vno alteroque si vel paululum deliquerit, excusationi illati vulneris locus omnino erit. Idem plane existimandum est de vlceratione vulnus diaphragmatis insequente, quam exquisita medendi ratio fortassis arcere potuisset. Deinde, quum

hi


hi excursus viscerum, et natiui nonnunquam adnotati fuerint, et ex interno morbo, imprimis spastico oriri visi *): quanta in circumcidendo omni errore prudentia opus est, ne, qui aut alicui nixui vehementiori, aut morbo origines debet, aut ab incunabilis forte iam adfuit septi transversi hiatus, tribuatur vulneri, quod in thoracem olim penetrauit. Nullis enim certis signis, dum homo viuit, cognoscitur, vulnus diaphragma fauciasse; nec ipsius herniae vulnus septi infecutae certa indicia viuo homine semper adsunt.

*) v. HALLER *Vorles über die gerichtl. A. W.* I. c. MORGAGNIUS loc §. VIII, cit ZACHAR. PLATNER *Disl. de hydrocele* §. II. not. 21. p. 342. in eius opuscul. T. I. Lips. 1748. v. HALLERS *Chirurg. Disputat au-gezogen von FRIED. AVG. WEIZ.* B. III. Disp. LXIX. p. 136 seqq. Leipz, 1782.

adsunt. Denique, molestias e hac abnormi viscerum positione oriundas, quam diu natura ferre possit, nemo temere definiuerit; id tantum liquet, tulisse nonnunquam per diu *) sine magnis incommodis. Quae cum ita sint, et internecini euentus necessitas in nullo forte exemplo demonstrari possit, et ea, quae mere fortuita eiusmodi vulnere superueniunt, plurimum sibi vindicent: omnes septi transversae laesiones, quas post plures demum hebdomades mensisue mors insequitur, ex accidente tantum letales dici et pronunciarı, non solum aequi bonique nomine medicis commendabile, sed summae etiam in dicenda sententia seueritatis esse, nobis saltem omnino videtur.

*) Cf. scriptor. notā praecedente laudatos.

M
8



the scale towards document

XVI.

*s vulnerum diaphragmatis
occidentium.*

de ea letalitat^{is} forma
a septi tranſuerſi laeſioni
qua vulneratus primum
ſus, poſt plures demum
ſeſue nihilominus perit.
laeſus exſtinguitur, vel
teratione phthiſin et aſci-
terente, vel e tranſloca-
ominalium in thoracem,
ociam vim inferente eo-
m mirifice turbante tan-
aminante. Quae cuncta,
lneris ſepti natura proſi-
os propter vulnus neceſ-
accepta laeſione longiore
ateruallo exſpirant, dum-
modo